

UERE dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ, sempiternæ que Deitatis, et in personis proprietates, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angelis atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

Regrese al Sanctus, en el ordinario

✱ **Comunión: Mateo 21, 13** ✱

DOMUS mea, domus orationis vocabitur, dicit Dominus: in ea omnis qui petit, accipit: et qui querit, invenit; et pulsanti aperiatur. (T. P. Aleluia.)

✱ **Poscomunión** ✱

DEUS qui de vivis et electis lapidibus æternum majestati tuæ præparas habitaculum: auxiliare populo tuo supplicanti; ut, quod Ecclesiæ tuæ corporalibus proficit spatiis, spiritalibus amplificetur augmentis. Per Dominum...

EN VERDAD es digno y justo, equitativo y saludable, el darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor santo, Padre omnipotente, Dios eterno. Que con tu unigénito Hijo, y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, un solo Señor; no en la unidad de una sola persona, sino en la Trinidad de una sola substancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. Confesando una verdadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la Majestad. La que alaban Angeles y Arcángeles, Querubines y Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz:

Una Voce México
Correo electrónico: info@unavoce.mx.org
Sitio web: www.unavoce.mx.org

DROPIO DE LA MISA

MISSA TERRIBILIS

Cortesía de Una Voce México



Dedicación de la archibasílica del Salvador, N.ºv. 9

✱ **Introito: Génesis 28, 17** ✱

TERRIBILIS est locus iste: hic domus Dei est et porta caeli: et vocabitur aula Dei. (T. P. Alleluia, alleluia.) Ps. 83, 2-3. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Gloria Patri...

TERRIBLE es este lugar. Esta es la casa de Dios y la puerta del cielo, y se debe llamar el palacio de Dios. Salmo 83, 2-3. ¡Cuán amables son tus moraas, oh Dios de los ejércitos! Suspira y desfallece mi alma por los atrios del Señor. Gloria al Padre...

Regrese al Kyrie, en el ordinario

✱ **Oración o Colecta** ✱

DEUS, qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis repræsentas incólumes: exáudi preces populi tui, et præsta; ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingréditur, cuncta se impetrásse lætetur. Per Dominum...

DH Dios, que todos los años nos renuevas el día de la consagración de este santo templo, y nos conservas incólumes para asistir a los santos misterios: escucha las preces de tu pueblo, y haz que todo el que entre en este templo para pedirte beneficios, se alegre de haberlos conseguido. Por nuestro Señor...

✱ **Apocalípsis 21, 2-5** ✱

IN DIEBUS ILLIS: Vidí sanctam civitatem Ierusalem novam descendentem de cælo a Deo, paratam sicut sponsam ornátam viro suo. Et audívi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. Et ipsi pópulus eius erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus: et absterget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum: et mors ultra non erit, neque luçtus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit qui sedébat in throno: Ecce nova fácio ómnia.

R. **Deo grátias.**

✱ **Gradual** ✱

LOCUS iste a Deo factus est, inæstimabile sacramentum, irreprehensibilis est. V. Deus, cui adstat Angelórum chorus, exáudi preces servórum tuórum.

Allelúia, allelúia. V. *Ps. 137, 2.* Adorábo ad templum sanctum tuum: et confitebor nómini tuo. Allelúia. . Allelúia.

✠ *Sequéntia sancti Evangelíi secúndum Lucam:*

R. **Gloria tibi, Dómine.**

✱ **Evangelio: Lucas 19, 1-10** ✱

IN illo témpore: Ingressus Iesus perambulábat Iéricho: et ecce vir nómine Zachæus: et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives: et quærébat vidére Iesum, quis esset: et non póterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcúrrens ascéndit in árborem sycómorum, ut vidéret eum; quia

EN AQUELLOS DÍAS: Vi la ciudad santa, la nueva Jerusalén, que bajaba del cielo, de Dios, compuesta como novia engalanada para su esposo. Y oí una voz grande que venía del trono, y decía: He aquí el tabernáculo de Dios entre los hombres, y el Señor morará con ellos. Y ellos serán su pueblo, y el mismo Dios, habitando en ellos, será su Dios; y Dios enjugará de sus ojos todas las lágrimas; y no habrá ya muerte, ni llanto, ni alarido, ni dolor alguno, porque las cosas de antes son pasadas. Y dijo El que estaba sentado en el trono: He aquí que renuevo todas las cosas.

ESTE lugar ha sido hecho por Dios, y es un lugar de impenetrable misterio, exento de toda mancha. V. Oh Dios, a quien asiste el coro de Angeles, oye las plegarias de tus siervos.

Aleluya, aleluya. V. *Salmo 137, 2.* Te adoraré en tu santo templo; y alabaré tu nombre. Aleluya.

EN aquel tiempo: Habiendo Jesús entrado en Jericó, andaba por la ciudad. Y he aquí que un hombre rico, llamado Zaqueo, jefe de los publicanos y rico, ansiaba conocer a Jesús de vista; y no pudiendo a causa del gentío, por ser de pequeña estatura, se adelantó corriendo, y subióse a un sicómoro

inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachæe, festinans descende; quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excipit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Dómine, do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quæ rere, et salvum facere, quod perierat.

R. **Laus tibi, Chríste.**

Regrese al Credo, en el ordinario

✱ **Ofertorio: 1 Paral. 29, 17 y 18** ✱

DÓMINE Deus, in simplicitate cordis mei lætus obtuli universa; et populum tuum, qui repertus est, vidi cum ingenti gaudio: Deus Israël, custodi hanc voluntatem..

EH Dios y Señor, con sencillez de corazón he ofrecido gozoso todas estas cosas; y he visto con grande alegría a tu pueblo, aquí congregado. Oh Dios de Israel, conserva en él esta voluntad, aleluya.

✱ **Secreta** ✱

INNUE, quæsumus, Dómine, precibus nostris: (ut quicumque intra templi huius, cuius anniversarium dedicationis diem celebramus, ambitum continemur, plena tibi atque perfecta corporis et animæ devotioe placeamus); ut, dum hæc vota præsentia reddimus, ad æterna præmia, te adiuvante, pervenire mereamur. Per Dóminum...

ROGÁMOSTE, Señor, atiendas a nuestras humildes súplicas; (a fin de que cuantos nos hallamos reunidos dentro del ámbito de este templo, cuyo día aniversario de su dedicación celebramos, te agrademos con plena y perfecta devoción de cuerpo y alma); y al ofrecerte los presentes votos, merezcamos llegar con tu ayuda, a los premios eternos. Por nuestro Señor...

✱ **Prefacio de la Santísima Trinidad** ✱

Continúa en la siguiente página...